# MARINVS GRIMANVS
## DVX LXXXIX.

*Sexto Kal. Maii die Mercurii 1595. hora xiv. Electus: ut ex ſepulchrali inſcriptione in Eccleſia Monialium S. Ioſeph.*
*Principatus virtute parti memoria ſempiterna M. D. XCV. VI. Kal. Maii. Ætatis LXII.*
*Obiit die 26. Decemb. An. 1605.*

## SCHEMA VETVS.

*Vir frugi priſcum ævum renovavi: plauſus communis Regum etiam Barbarorum gratulatio teſtis fuit. Piratas exegi: excepi Principes. Floruit Reſpublica aureà Roſà miſsà coniugi à Clemente VIII. Pontifice.*

LXXXIX

QVod luctus occupet extrema gaudia, à Grimano diſce Principe. Venalicum referrent certamina campo Iacobus Fuſcarenus, Marinus Grimanus, Leonardus Donatus Equites & D. Marci Procuratores: ætate reliquos anteibat Fuſcarenus gemino Maris imperio clarus. Grimanum commendabat vitæ innocentia, dicendi libertas, non fucata eloquentia, Magiſtratus foris domique præclariſsimè geſti. In Donato morum integritas, ſeveritas priſca, Reipublicæ mira peritia uſu rerum comparata ſenili, in